



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quae Christus contulit Ecclesiae suae, vt habeat certò vsq[ue] ad
consummationem s[a]eculi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

in Ecclesia
& quasi la
nnis qui di
Ecclesia fac
Christi, vel
tus caput
non sic fac
ecilla mem
rmū est, idē
ebita nos
icola purga
ath 3. delē
aliud nemo
a de Christo
na docent
t aurum, at
n doctrinam
ius ligna, s
uperstitio
t vera mem
nt.
s ministros
nauit Ecclē
uperior, de L
uidem etiam
fia sunt, licet
yndē ipsa de
esia 1. Cor.
nperatoris
nia sic cōcl
perij hoc
Sacerdotū
risti cum
telligendū
hryosto ser
s & ministri
Ecclesia

Ecclesie, quod sunt pro nobis rationem reddituri, Hebræor. 13. & qui illos audit recta docentes, ipsum Christum audit, cum ait: Qui vos audit, me audit: debemus quoque illis honorem & prouisionem, sicut Apostolus 1. Corinth. 9. & 1. Timoth. 5. ex scriptura Deuteron. 25. probat & latissimè deducit, & Galat. 6. Quare quicumque contemnunt ministros Ecclesie, aut eorum autoritatem eleuant, hi Christum ipsum offendunt &c. & luent in inferno pœnam cum multitudine Chore & Abiron, Num. 16.

Tertiò, tribus donis decorauit Christus Ecclesiam suam: primò, vt in illa sit certa remissio peccatorum, donatio Spiritus sancti, vita æterna: idè extra Ecclesiam Christi nulla est remissio, neq; Spiritus sanctus, neq; vita æterna: quare nec Iudæus nec hæreticus excommunicatus potest habere vitam æternā, quia extra Ecclesiam sunt, vbi nulla est absolutio à peccatis. Vnde 1. Cor. 5. De his qui foris sunt, iudicabit Dominus, quasi dicat, Ecclesia illis nō distribuit sacramenta. Habet igitur Ecclesia sacramenta, per quæ certificat accipientem de gratia & remissione peccatorum, nam sic ordinauit Christus atque mandauit administrari sacramenta: propter quod mandatum Dei, valent & efficaciam habent distributiones sacramentorum, etiam si vita & mores ministrorū mali sint, modo ritè dispenſent, nec sint hæretici, &c. Porriò Christus ordinauit & dedit Spiritum suum sanctum Ecclesie, vt illi assistat, & maneat apud illam in æternum, Ioan. 14. qui cum sit Spiritus veritatis, idè nō facit Ecclesiam errare, & indè dicitur quia Ecclesia non errat, sed hoc non potest intelligi de omnibus membris Ecclesie, nam affirmat scriptura, horribiles errores in Ecclesia exorituros. Matth. 24. Surgent Pseudoprophetæ, & cætera. Igitur de pijs illis ac veris Ecclesie membris intelligendum, qui rectè credunt & viuunt, quos Spiritus sanctus conser-

uabit etiam in exiguo numero, & hæc Ecclesia propter ipsum Spiritum sanctum dicitur columna veritatis & basis, secundum Apostolum, & illi, ut supra diximus, permixti sunt malis, & non videntur, nam fides non videtur: cognoscuntur tamen fideles, & in hoc Ecclesia est visibilis, ubi est uniformitas prædicationis, Sacramentorum, Cæremoniarum: homines videntur & prælati atque cætera membra. sic Ecclesia orauit pro Petro Act. 12. licet fides tecta sit, tamen ex operibus dinoscitur. Postremò, decorauit Christus Ecclesiam suam constantia, quatenus non deficeret à fide vsque ad consummationem mundi. Rogauit, inquit ad Petrum, pro te, ne deficiat fides tua, Luc. 22. & portæ inferorum non præualebunt aduersus eam, Matth. 16. quantumcunque Iudæi, Gentes, & hæretici illam debellauerint. Non sic constabit congregatio Iudæorum, gentilium aut hæreticorum. Stat pro nobis firma promissio Christi: portæ inferorum, id est, nec peccata vel demon in conscientia aut Iudæus, Turca & cæteri aduersarij, foris: hæc sunt quasi desponsalia, quibus Christus sponsam suam acceptam sibi obligauit.

CAPVT III.

ARGVMENTA.

1. *Quæ & quotuplex sit forma clauium Ecclesie.*
2. *Quibus clauis sint concessæ ac mandatæ.*
3. *In quantum se extendant.*

I.



Hoc nomen, clauis, significat potestatem illam, quæ à Christo Ecclesie donata est, & ea potestas dicitur clauis. Nam sicut ea quæ claustris sunt obserata vel vincula, adhibita clauis patet & recluduntur, sic conscientie peccata abscondita, aperiuntur & liberantur.